Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)
1732 Seite IV



prorsus pessumdedit? quo denique pacto, aut ex corporis incremento, aut educatione, aut ex artibus, aliisve ejus generis vitæ studiis abjectis, se exornari sinat, qui jam inde a pueritia in sacrarum Scripturarum meditatione educatus & excrescens, atque ex perennibus gratiæ fontibus bibens, ad mensuram ætatis Christi, ut cum Apostolo loquar, pervenire studuit? Cum ergo noverimus magnum hunc nostrum Patrem ridiculis iis laudibus, quibus homines sensui ac corpori dediti capiuntur, cumulari nolle; ex propriis eum laboribus saltem mediocriter celebrare conabimur: neque enim oratio eam habet naturam, ut supra vires intendatur. Quamobrem adnitemur, ut neque infantia præpediti, quæ de eo dicenda sunt, silentio involvamus: neque per semitam aliquam a Patrum institutis alienam incedentes, a via deflectamus regia: verum inter utramque transcurrentes, conveniens orationi nostræ temperamentum adhibeamus.

Ephes. 4.

Cujusmodi autem sunt illa, quæ ad contexendam ejus laudationem nobis proposuimus atque subjecimus? actio nempe & contemplatio, quas virtutum examen consequitur, fides, spes, charitas, pietas erga Deum, sacrarum Scripturarum meditatio, animi & corporis puritas, lacrymarum assiduitas, vitæ solitudo, e loco in locum secessio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, jejunium & vigiliæ immoderatæ, humicubatio, & vitæ austeritas pene incredibilis, voluntaria paupertas cum humilitate singulari, misericordia humanam conditionem superans, zelus divinus in eos, qui rabie adversus pietatem atque religionem inveherentur; cuncta denique, quibus ad Dei imaginem homo insignitur. Istis noster hic Pater decoratur laudibus: quæ commemoramus agnoscit: prærogativas has esse proprias, eum non latet: ac sermones hosce, ut nobis non sibi utiles, non contemnit. Nam vel exigua de ipso enarratio, studiosis caussa complectendæ existit virtutis. Atque ista non aliunde, sed ex iis, quæ in variis ipse suis disseminavit, scriptis, didicimus: ex quibus inquam, sedulæ instar apis, ex plurimis floribus utilia colligentes, favum hunc spiritualem confecimus. Nobis vero hæc ipsa conantibus nequaquam subirascetur, quando scelestum dæmonem, qui multos vel in extremo agone supplantare solet, non pertimescit amplius: jam enim ad tranquillum pervenit incorporeorum portum, ubi nullas omnino procellas reformidat atque tempestates. Age igitur, singulis eorum, quæ enumerata sunt, paululum immo-

A εὐεισκόμενον δρόμους; πῶς δὲ ὅλως ἐκ σωματικῆς αὐξήσεως καὶ ἀναστροφῆς, ἢ ἐπιτηδειότητος, ἢ τέχνης, ἢ τινὸς ἄλλης καταπλύσεως θελήσειεν ἐπαινεῖσθαι περὶ τὸν βίον ἀσχολίας, ὁ τραφεὶς μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας, καὶ αὐξηθεὶς ἐν τῇ τῶν θείων μελέτῃ γραφῶν· ποτισθεὶς δὲ τοῖς τῆς χάριτος ἀενάοις ὀχετοῖς, καὶ πρὸς μέτρον ἡλικίας, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, φθάσας Χριστοῦ; εἰδότες οὖν ἡμεῖς B ὡς οὐ χαίρει τοῖς τοιούτοις ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν μεγαλύνεσθαι, οἷσπερ οἱ σωματικοὶ, καταγελάστοις ἐπαίνοις, ἐκ τῶν οἰκείων αὐτῶν πόνων, κἂν γοῦν μετρίως πειρασθῶμεν ἀποσεμνῦναι· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν ὁ λόγος, τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐπεκτείνεσθαι. ὡς ἂν οὖν μήτε τὸν ἡμέτερον πόθον ἡ ἀφωνία πεδήσῃ. μήτ' αὖ πάλιν ξένην τρίβον τῶν πατέρων ὁδεύοντες, βασιλικῆς παρασφαλῶμεν ὁδοῦ, τὰ C παρεκτρίβια διαθέοντες, τῷ μετρίῳ τὸν λόγον φιλοτεχνήσομεν.

Τί δὲ τὰ τούτου, δι' ὧν ἐξυφάναι τὸν ἔπαινον ὑπεθέμεθα; πρᾶξις καὶ θεωρία, αἷς ὁ κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἑσμὸς ἐπακολουθεῖ, πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, εὐσέβεια εἰς Θεὸν, μελέτη τῶν θείων γραφῶν, ἁγνισμὸς ψυχῆς καὶ σώματος, δάκρυα διηνεκῆ, ἐρημικὴ διαβίωσις, ἡ ἐκ τόπου εἰς τόπον ἀναχώρησις, φυγὴ τῶν ἐπιβλαβῶν, διδασκα- D λία ἀέναος, προσευχὴ ἀκατάπαυστος, νηστεία καὶ ἀγρυπνία μέτρον οὐκ ἔχουσαι, χαμευνία καὶ σκληραγωγία λόγον ὑπερβαίνουσαι, ἀκτημοσύνη, καὶ ταπείνωσις εἰς ἄκρον ἐλάσασαι, ἐλεημοσύνη τῆς φύσεως αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἐξαίρουσα, ζῆλος ἔνθεος τῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας λυττώντων· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶν ὅτῳ κατὰ Θεὸν οἶδε χαρακτηρίζειν ἄνθρωπον. τοῖς τοιούτοις ἐπαίνοις ὁ ἡμέτερος πα- E τὴρ ὡραΐζεται, καὶ γινώσκει τὰ λεγόμενα, καὶ τὰ οἰκεῖα ἐπίσταται προτερήματα, καὶ στέργει τοὺς λόγους, ὡς ὠφελείας προξένους, οὐκ αὐτῷ, ἀλλ' ἡμῖν· ἐπεὶ καὶ ψιλὴ τούτου προσηγορία, ὑπόθεσις ἀρετῆς τοῖς σπουδαίοις καθίσταται. οὐ γὰρ ἄλλοθεν δεδιδάγμεθα ταῦτα, ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς τὰ περὶ ἑαυτοῦ λόγοις κατέσπειρεν. ἀφ' ὧν ἡμεῖς ὡς ἡ ἐπαινετὴ μέλισσα, ἐκ πολλῶν ἀνθέων συλλέ- F ξαντες τὰ χρήσιμα, τὸ πνευματικὸν τοῦτο κηρίον κατειργασάμεθα. καὶ οὐ χωλαίνει πάντως ἡμῖν διὰ τὴν ἐγχείρησιν, ὅτι μὴ δέδιεν ἔτι τὸν πονηρὸν δαίμονα, διὰ τὸ καὶ πρὸς αὐτῷ τῶν ἀγώνων τῷ τέλει πολλοὺς ὑποσκελίσαι, ἅπαξ καὶ εἰς τοὺς ἀκυμάντους τῶν ἀσωμάτων φθάσας λιμένας, ἔξω τυγχάνει καὶ ζάλης καὶ κλύδωνος. δεῦρο δὴ οὖν, καθ' ἕνα τῶν ἀπηριθμημένων μικρὸν ἐνδιατρί-

ψαν-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0048
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg